

P L A N T A R U M
A M E R I C A N A R U M

F A S C I C U L U S T E R T I U S ,

Continens Plantas, quas olim

C A R O L U S P L U M I E R I U S ,

Botanicorum Princeps

D e t e x i t , E r u i t q u e ,

A t q u e i n I N S U L I S A N T I L L I S i p s e d e p i n x i t .

H a s p r i m u m i n l u c e m e d i d i t ,

C o n c i n n i s d e s c r i p t i o n i b u s , & O b s e r v a t i o n i b u s ,


Æneisque Tabulis illuſtravit

J O A N N E S B U R M A N N U S , M . D .

A t h e n æ i i l l u ſ t r i s , & i n H o r t o M e d i c o A m ſ t e l æ d a m e n f i

P R O F E S S O R B O T A N I C E S ,

A c a d e m i æ C æ f a r æ N a t u r æ C u r i o f o r u m S o c i u s .



S u m t i b u s A u c t o r i s ,

P r o f t a n t A m ſ t e l æ d a m i i n H o r t o M e d i c o ,

A t q u e

A p u d V I D U A M & F I L I U M S . S C H O U T E N ,
& L U G D . B A T A V .

A p u d G E R A R D . P O T V L I E T , & T H E O D O R . H A A K .
M . D C C . L V I .

TAB. LXII.



BROMELIA foliis
radicalibus dentato-spinosis.

TABULA SEXAGESIMA PRIMA.

Borbonia fructu corallino, flore pentapetalo. *Plum. Hist. Mss. T. VI.*
p. 14.

LAURUS foliis compositis, obovatis, obtusis.

Arbor ramosa, caules gerens scabros, e quibus
Folia longis in pinnis excrescunt pinnata, seu composita, obverse-ovata,
obtusa, venosa, integerrima, per bina paria, inpari extremum clau-
dente, petiolata.

Flores in ramorum summo corymboſi, pentapetali.

Fructus Olivæ formes, seu Nuces oblongæ, glabræ, pericarpio infidenres
dentato, pedunculatæ, nucleus continentis ovatum, uti in marginâ-
libus conspicitur separatis partibus, ubi fructus integer cum nucleo in-
tegro & dissecto exhibetur.

Observatio. Prior *Borbonia* certissima erat Lauri species, hæc vero arbor
toto genere diversa erit, quamvis fructus ipsi fatis similis sit, nullum
vero exemplum, quantum scio, est in hoc arborum ordine foliis com-
positis seu pinnatis, uti hæc *Borbonia*, adeoque genus erit longe aliud,
sed ignotis staminibus & pistillis nemo facile ex Figura sola determina-
bit, ad quodnam pertineat, quod posterioris ergo erit curæ ex floribus
ipfius arboris detegere.

N. B. In collectione harum plantarum sequitur icon

Breyniæ Elæagni foliis, quum vero hæc jam optime sit icon expressa,
ac descriptione illustrata & *Joanne Philip. Breynio* in nova prodromorum
Jacobi Breynii editione, superfluum puto eam denuo exhibere, re-
cenſio itaque elegantissimæ hujus arboris in memoriam tanrorum Botani-
corum denominated hic sufficiat, de qua porro vide *Plumier. nov. pl.*
gen. pag. 39. & *Royen. pr. pag. 476.* ubi vocatur *Breynia* foliis oblon-
go-ovalibus, uti & a *Linn. in Spec. pl. p. 503.*



TABULA SEXAGESIMA SECUNDA.

Bromelia pyramidata, aculeis nigris. *Plum. nov. gen. p. 46.*

BROMELIA foliis radicalibus dentato-spinosis 5 caulinis integerrimis.
Linn. Spec. pl. p. 286. no. 5.

Radix pufilla, simplex, vix fibrofa.

Folia radicalia, latissima, canaliculata, inferius sese amplectentia, fero-
cia, dentato-spinosa, uti in Ananæ foliis.

Caulina, seu floralia sunt inermia, integerrima, lanceolata, nervosa.
Florum racemus, seu culmus simplex est, pyramidalis, inferius folia producens, superius, ubi haec desinunt, flores profert simplices sine squamis, seu vaginis, quae in subsequenti adsunt.
Flores sunt tripetali A, stamina gerentes sex, ejusdem cum corolla longitudinis.
Fructus est oblongus B, qui per medium sectus C semina exhibit ordine locata, ac transversim sectus stellulam format D ipsorum situ.
Semina sunt longiuscula, glabra, cylindracea fere E.
Observatio. Quærerit Cl. Dillenius in *Hort. Eltham.* pag. 320. num haec planta sit eadem cum *Pinguin* Americ. quod mihi minus verosimile videtur, cum folia nostræ plantæ Spathacea, quae in caule integerrima ex crescunt, adeo sint evidentia, ut primo intuitu eam distinguant, quae in Dillenii planta seu *Pinguin* non adparent, sed ipsorum loco squamæ floribus subcrescant, uti in subsequentे specie, dein fructus inter se etiam differunt, uti ex Figurarum comparatione constat.




TABULA SEXAGESIMA TERTIA.

Bromelia pyramidata, purpurea, foliorum imis aculeatis. *Plum. Hift. Mff. T. v. p. 59.*

BROMELIA foliis radicalibus brevibus & aculeatis, caulinis longissimis & integerrimis, inermibus.

Radix ratione plantæ pusilla, simplex, vix fibrosa.
Folia radicalia brevissima, sessilia, lanceolata, ad oras spinosa, prope radicem minima: *Caulina* solitaria, omnium longissima, integerrima, ensiformia, avenia, pendula.
Culmus simplex, crassus, articulatus, arundinaceus, in summo gerens flores in pyramidem erectos, inter squamas tamquam in spatha latentes.
Florum corolla tripetala est A, quorum stamina sex longiora e flore eminent B, pistillum autem C staminibus duplo longius est, unde & ad Hexandriam monogyniam merito a *Linnæo* hoc genus refertur.
Fructus ovatus est D, in tria loculamenta divisus E, fœtus feminibus longiusculis, ac fere cylindraceis F.
Observatio. Haec planta se se maxime distinguit a reliquis BROMELIIS, foliis caulinis ensiformibus, integerrimis, longissimis, pendulis, de genere autem nihil certi statuere audeo, sed quum stamina pingat longiora *Plumier*, quam solent in hoc genere occurrere, & fructum instar capulæ dependentem ex longo pedunculo, nec calicem coronatum, quum calix juxta *Plumierium*, in *Bromeliis* necessario abire debet in fructum ovatum, hinc magis accedit ad *Agave* seu *Aloes* genus, quam ad *Bromelias*.

TAB. LXIII.



TAB. LXIV.



BROMELIA solis ferrato-spinosis, obtusis.

BROSSÆA.

TABULA SEXAGESIMA QUARTA.

Bromelia ramosa & racemosa, foliis arundinaceis, ferratis. *Plum. nov.*
gen. pag. 46.

BROMELIA foliis ferrato-spinosis, obtusis, spicis alternis. *Linn. spec.*
pl. p. 285. no. 4.

F I G U R A P R I M A.

Radix pufilla.

Folia radicalia, lingulata, obtusa, fessilia, spinulis ferrata, creberrima, avenia, arundinacea, quibus facile a reliquis congeneribus distinguitur.
Scapus subnudus, simplex.

Spicæ simplices, alternæ, laterales, numerosæ, seu ramosæ, quarum una naturali fere magnitudine in margine Tabulæ exhibetur.

Observatio. Species hujus generis quo ad fructus maxime inter se se differunt, uti ex Figurarum comparatione unicuique facile patet. Reliquæ enim hujus generis species gerunt, vel baccas compositas cauli circumpositas, vel spicatas, vel etiam paniculatas, nulla alia in hoc genere nota est, quæ spicas habet laterales uti hæc, ita ut hæc planta tam quoad folia, quam quoad spicam compositam ab omnibus reliquis se se facile distinguat. In honorem autem Olai Bromelii Medici fueci celeberrimi ac Botanices peritissimi, uti constat ex ejus *Flora Gothica*, BROMELIA hoc genus a Plumierio in *nov. pl. gener. p. 46.* dicta fuit.

Brossæa frutescens, flore coccineo, fructu nigro. *Plum. nov. gener.*
p. 5.

BROSSÆA. *Linn. spec. pl. p. 1190.*

F I G U R A S E C U N D A.


Planta frutescens, ramos gerens lignosos, alternatos.

Folia simplicia, alternata, ferrata, ovata, petiolata.

Flores rariores, alterni, ramos terminant, qui singularis sunt structuræ, monopetali, campaniformes fere, calice multifido continentur, & cum fructu ulterius examinari possunt in *Plumieri Tabula 17.* qui in hoc genere admodum singularis est, eo quod calix repleatur pulpa, & ipse sinuosus sit, qui abit in Baccam A. quinque capsularem B. feminibus foetam numerosis C. quæ capsulam ad dimidium replet, unde structura Baccæ proxime accedit ad *Gualtheriam.*

Plumierius autem hanc plantam in memoriam Medici regii ordinarii D. Guidonis Brossæi, de re Herbaria optime meriti, BROSSÆAM vocavit, scripsit autem hic Auctor tractatum Gallicum de natura, virtutibus, & militate plantarum, Parisiis impressum in 4to 1628.

TAB. LXXIV.



TILLANDSIA foliis linearis - lingulatis.

Observatio. Hæc arbor simillima est præcedenti Capparidi , ut, si de-
mas fructum, vix distinguitur, Fructus vero facillime variant in ea-
dem plantæ specie, uti id patet in Cucurbitis, Peponibus, Melonibus,
&c.: Non tamen hic varietatem audeo pronunciare in non visis hisce
virentibus arboribus, præterquam quod ab omnibus huc usque Botan-
icis hæc distinctæ fuerint habitæ.



TABULA SEPTUAGESIMA QUARTA.

C*Araguata latifolia, clavata. Plum. nov. gen. p. 10.*

TILLANDSIA foliis linearis-lingulatis, integerrimis, basi ventricoso-
sis. *Linn. Spec. pl. p. 286. no. 3.*

Viscum Caryophylloides, maximum, capitulis in summitate conglome-
ratis. *Sloan. Hist. Jam. tom. 1. p. 189. Tab. 120.*

Planta est parasitica, crescens in truncis, & ramis arborum.

Folia confertissima, linearia, lingulata, integerrima, basi ventricosa,
uti in marginali majore adparet.

Flores monopetali, campaniformes, tubulosi, ad oras plerumque trifidi,
hexandri, uti in longitudinaliter aperto flore conspicitur A, ubi stami-
na cum suis antheris delineata sunt. B *Calix* est cum pistillo. C to-
tus *Flos* est cum calice & corolla. D pistillum nudum.

Fructus est oblongus, acuminatus, membranaceus, in tres dehiscens par-
tes, continens semina papposa, uti in subsequenti patet Tabula.

Observatio. Plantæ hujus generis parasiticæ sunt in summis arboribus de-
fertorum, quarum folia ad basin dilatata, & arcte canaliculata constituunt
pelvim (quale folium ad Tabulæ dextram pulchre delineatum est basi
latiore concava) Folia vero patentia parte superiore dilatantur in infun-
dibulum, quo colligunt imbræ, ut aqua pluvialis depluat in pelvim
arctiore collo, ne per calorem climatis exsiccatur, sed servetur pura
& limpida pro avibus fitientibus, animalibus scandentibus ut Simiis,
& urgente necessitate etiam hominibus, mira Naturæ providentia.



TABULA SEPTUAGESIMA QUINTA.

C*Araguata clavata & fuscata, foliis ferratis. Plum. nov. gen. p. 10.*

TILLANDSIA foliis superne dentato-spinosis. *Linn. Spec. pl. p. 286.
no. 2.*

Caraguata Quarta Pisonis Libr. IV. pag. 194.

FIGURA PRIMA.

Planta parasitica, in arboribus & putridis cressens caudicibus, uti præcedens.

*Folia longissima, aliquot pedes longa, crassaque ut folia *Ananæ*, tres quatuorve digitos lata, instar canalis excavata, atque in ambitu dentato-spinosa, præfertim ad dimidiam ipsorum partem superiorem aculeis armata sunt curtis & erectis, inferne glabra sunt & membranacea, lata basi sese invicem involventia.*

Culmus in ipsorum medio ad surgit, crassus, arundinaceus, altus, hinc inde foliis vestitus concavus, acuminatus, spinulosus.

Floris in ipicam collecti sunt in caulis summo, inter folia squamosa. & spinulosa reconditi, unde florum spica eleganter variegata est.

Floris Corolla longitudinaliter aperta & dissecta conspicitur in Tab. a ut staminum situs cognoscatur. b est Calix cum fructu. c Semen cum suo pappo. d Calix cum pistillo.

Observatio. Hujus binæ aliæ species in *Plum. nov. gen. p. 10.* recensentur nomine *Ca aguatæ latifoliæ & angustifoliæ*, quod barbarum & Americanum est nomen, atque hinc reputandum, in cuius locum *Tillandsia* restituta est a Cl. *Linnæo* in memoriam *Eliæ Tillandſii*, primi & unici Botanici, qui quondam in *Finlandia* floruit, uti notatur in *H. Cliff. pag. 129.* Atque edidit Catalogum plantarum circa Aboam, cum Medicinæ Professor Aboensis esset, ann. 1673. in 8vo. De quo vide *Seguierii Bibl. Botan. pag. 193.* & *Linn. Bibl. Botan. pag. 122.*

GErardia humilis, Bugulæ foliis, Asphodeli radice. *Plum. nov. gen. p. 31.*

GERARDIA foliis subovatis, tomentosis, repandis, longitudine caulis. *Linn. Spec. pl. p. 610.*

FIGURA SECUNDINA.

Radix ex plurimis tuberibus, oblongis, perpendicularibus constat.

Folia subovata, tomentosa, sinuosa, seu undulata, margine repando, petiolis longis, crassis, hirtisque insidentia.


*Caules vix foliis altiores sunt, in summo gerentes flores monopetalos, quorum forma & structura a *Plum. in nov. gen. p. 30. Tab. 12.* ulterius describuntur & exhibentur, ad dextram vero Tabulæ conspicitur flos a postica parte a. b calix est separatus. c Fructus calici insidens.*

Observatio. Unica modo hujus generis plantula, *Plumieri* tempore nota erat, dictaque a *Plumier*, sicut in memoriam *Joan. Gerardi Angli*, qui historiam plantarum edidit Anglice, cum Figuris Tabernemontani Londin. in Fol. 1597.

Nunc autem quinque hujus generis species recensentur a *Linn. Spec. pl. p. 610.* Atque nostra quam maximam habet cum *Ruellis* affinitatem, & similitudinem, in primis radicibus instar Asphodeli, uti dixit *Plumier*. sed in nostra fructus videtur a basi dehiscere, nec a summitate, uti in *Ruellis*, qua nota multum recedit ab hisce.

Finis Faficuli Tertii.

TAB. LXXV.



P L A N T A R U M
A M E R I C A N A R U M
F A S C I C U L U S O C T A V U S,

Continens Plantas, quas olim
C A R O L U S P L U M I E R I U S,

Botanicorum Princeps

Detexit, Eruitque,

Atque in I N S U L I S A N T I L L I S ipse depinxit.

Has primum in lucem edidit,

Concinnis descriptionibus, & Observationibus,


Æneisque Tabulis illustravit

J O A N N E S B U R M A N N U S, M. D.

Athenæi illustris, & in Horto Medico Amstelædamenfi

P R O F E S S O R B O T A N I C E S,

*Academiæ Cæsaræ Naturæ Curiosorum Socius, Rergiæque Societatis
Scientiarum Upsaliensis Collega*




Sumtibus Auctoris,
Prostant Amstelædami in Horto Medico,
Atque

Apud P E T R U M S C H O U T E N,
& L U G D. B A T A V.

Apud G E R A R D. P O T V L I E T, & T H E O D O R. H A A K.
M. D C C. L V I I I.

T A B . C X C I .



C A C T U S *octangularis*, *erectus*.

Scapus ex ipso centro erigitur, squamis alternatis ac subulatis investitus, quæ in majori specie latiores, oblongæ, & amplexicaules videntur, uti in adjecto majoris speciei scapo patet A.

Flores in suprema parte copiosissimi, & quasi spicati ex crescunt, quorum forma proxime cum *Limodori* genere convenire videtur, quum vero non satis exacte sint delineati, nil certi hactenus definio, & in patrio solo ulterius inquirendi sunt, ita ut inter plantas dubias tam diu numeranda sit, quum de genere huc usque dubitare liceat, & quamvis in *Fevill.* iconē satis exacte sint delineati flores, a nostris tamen distincti, nec ita spicati, tota vero plantas facies suadet cum nostra convenire, & ipsi ad finem esse.



TABULA CENTESIMA NONAGESIMA PRIMA.

M*Elocactus* monoclonos, flore albo, fructu atropurpureo. *Plum. Cat.*
pl. p. 19. Tourn. inst. p. 653.

CACTUS octangularis, erectus, angulis compressis; spinis absque tomento confertis.

Cactus erectus, longus, fuboctangularis, angulis obtusis. *Linn. Spec. pl.*
p. 467. no. 9.

Cactus novem angularis, longus, erectus, angulis obtusis. *Linn. H. Cliff.*
p. 181.

Cactus cylindraceus, erectus, fulcatus, major, summitate obtusas; aculeis confertis; *Brouw. Hist. Jam.* p. 238. no. 8.

Cereus crassissimus, fructu utrumque rubro, *Sloan. Cat. pl. Jam.* p. 196. &
Hist. Jam. vol. 2. p. 157.

Cercus erectus, fructu rubro, non spinoso. *Herm. Parad. Bat.* p. 114.

Cereus erectus, maximus, Americ. hexangularis, flore albo, radiato. *Bradl.*
Hist. pl. succul. pag. 1.

Caudex simplex, erectus, ad summum indivisus, angulis ac fulcis notatus obtusis, & compressis, plerumque octoangularis, spinis undique armatus setaceis, fasciculatis, ac stellæformibus; ad verticem confertissimis, ubi caudex in conum terminatur obtusum.

Flores in summa ipsius parte proveniunt sessiles, solitarii, satis frequentes respectu congenorum, ex petalis pluribus cordiformibus constantes, cum squamis calycinis inermibus & inbricatis, crassum formantes tubum, intus innumera continentis stamina, cum stilo prominente longissimo, superne stigmate capitato quinquefido instructo.

Fructus, est Pomum ingens, ovato-oblongum, uniloculare,
Semina plurima, subrotunda, nidulantia continens, uti in dilecto fructu in Tabula conspicitur.

Observatio. Sub nomine *Cacti* quatuor hodie comprehenduntur genera, Primo *Cereus*, quæ formam vulgo obtinet longam, cylindraceo-angulatam.

Secundo *Melocactus*, cuius facies est subrotunda, angularis.

Tertio *Opuntia* seu *Tuna*, quæ ramosa, dichotoma, ac prolifera.

Quarto *Pereskia*, quæ arborea, ac foliosa.

Omnis vero spinosa? sunt, externa facie, & florum ac fructuum forma proxime inter se convenientes, ita ut Cl. *Linnæus* antiquum assumperit nomen *Cactum*, quo planta denotatur aculeata, plerumque angularis, edulis, & carnosæ &c.



TABULA CENTESIMA NONAGESIMA SECUNDA.

M*Elocactus* arborescens, tetragonus, flore exalbido. *Plum. Cat. pl. p. 19. Tourn. inst. p. 653.*

CACTUS brachiatus & articulatus, articulis oblongis, sinuosis, caudice erecto, inermi, quadrangulari, aculeis brachiorum curtis, & confertis.

Opuntia major, spinosa, caulescens, foliis longis & angustis, pendulis.

Sloan. Cat. pl. Jam. p. 195.

Jamacary tertia. *Pison Hist. nat. p. 189. & Marcgr. p. 116.*

Caudex simplex, erectus, mitis, quadrangularis.


Rami brachiati & articulati, ex plurimis articulis, inæqualiter fitis, & sinuosis, ac spinosis constantes.

Flores ad articulorum extremum proveniunt, sessiles, vagi, ac solitarii, atque hi ex tubo longo constant, qui componitur ex squamis calicinis, oblongis, simplicibus, superne ciliatis ac spinulosis, cum stilo longissimo, prominente, uti in separatis majoribus conspicitur ipsorum partibus A & B.


Fructus sunt poma ovata C, aculeis vagis armata, quæ plurima continent semina, in pulpa nidulantia D, uti in dissecto fructu adparet.

Observatio. Melocacti hi arborecentes *Plumierii*, *Opuntiae* olim dictæ veræ species habendæ sunt, unde mirandum, quod auctor in catalogo suo illos separaverit, uti ex subsequentibus ejus *Opuntiis* patebit, quum nulla generica differentia in iis observetur; merito itaque hæ omnes plantæ a Botanicis hodiernis ad unum rediguntur *Cacti* genus.

T A B . C X C I I .



T A B . C X C I I I .



C A C T U S ramosissimus, articulis æqualibus .

TABULA CENTESIMA NONAGESIMA TERTIA.

M*Elocactus arborescens; folio striato, spinosissimo, fructu aureo, tuberculofo. Plum. Cat. pl. p. 19. Tourn. inst. p. 653.*

CACTUS ramosissimus, articulis æqualibus, striatis, fetis spinosis undique armatus.

Opuntia major, spinosa, caulescens, foliis atrovirentibus, longis, & angustis, pendulis, fl. rubro. Sloan. Cat. p. 195.

Opuntia foliis longissimis, atrovirentibus, maxima, Americana. Breyn. prodr. 2. p. 87.

Jamacary. Marcgr. hist. Brasil. p. 175. & Jamacary secunda. Pison. p. 189.

Caudex simplex, erectus, multangularis, ex decem utcunque angulis constans A spinosissimis, spinis undique decussancibus armatus.

Rami brachiati & articulati, articulis constantes longissimis, æqualibus, seu linearibus, undique striatis, ac fetis plurimis cruciatis spinosissimis undique armatis.

Flores & fructus uti in præcedente, qui in articulorum superiore parte excrescunt, hi vero squamosi & muricati plurima oblonga minutissima continent semina B.



TABULA CENTESIMA NONAGESIMA QUARTA.

M*Elocactus arborescens, trigonus, undulosus, aculeis validis munitus, fructu subviridi. Plum. Cat. pl. p. 19. Tourn. inst. p. 654.*

CACTUS ramosus, articulis oblongis, triquetris; caudice spinoso, triangulo.

Cactus articulato-prolifer, articulis ovato-oblongis, spinis setaceis. Linn. spec. p. 468. no. 16.

Cactus compressus, articulatus, ramosus, articulis ovato-oblongis, spinis setaceis. Linn. H. Cliff. p. 183. Roy. pr. p. 280.

Cactus brachiatus, & articulatus, articulis oblongo-ovatis, compressis, caudice tereti, erecto, spinosissimo, aculeis brachiorum brevibus confertis. Brouw. Hist. Jam. p. 237. no. 3.

Caudex erectus, simplex, trigonus, spinis setaceis, fasciculatis ad angulos armatus.

Rami vagi, articulati, articulis constantes rarioribus, oblongis, triquetris, spinulofis, margine repandis.

Flores ad ipsorum extremum rariores ex crescunt, ex longis constantes tubis cum radio extenso, petalis ac staminibus innumeris, & stilo brevissimo, uti in separato majore flore A patet.

Fructus, est pomum subrotundo-ovatum, & quasi truncatum, B pulpa referunt mollissima, in qua riora nidulantur *semina*, uti in dissecto conspicitur C.



TABULA CENTESIMA NONAGESIMA QUINTA.

Melocactus arborescens, Cereiformis & spinosissimus, fructu oblongo subluteo; seu Melocactus arborescens, folio striato, spinosissimo, fructu oblongo, subluteo. *Plum. Hist. mss. Tom. 3. p. 26.*

CACTUS erectus, octangularis, angulis rotundatis-spinis radiatis ac ciliatis.

Cereus erectus altissimus, Surinamenis. *Herm. Parad. Bat. p. 116.*
Vokkam. fl. Norimb. p. 97.

β *Cactus* erectus, sexangularis, longus. *Linn. Spec. p. 466. no. 5.*

Cereus Americ. octangularis, spinis albicantibus. *Bradl. Hist. pl. Succ. Dec. 2. p. 3. Tab. 12.*

F I G U R A P R I M A.

Caudex erectus, simplex, longissimus, in nostra octangulus, ad angulos spinis armatus fasciculatis, seu stelliformibus, setaceis A.

Flores ex longo constant tubo B, qui in primis formatur ex squamis calicinis simplicibus, oblongis, atque inermibus, illi vero superne se se explicant in petala plurima extensa, ad oras crenata C, atque interne innumera continent stamina, uti in reliquis.

Fructus est conus obtusus, simplicibus & inermibus squamis tectus, intus continens subrotunda semina, in pulpa nidulantia D.

Opuntia altissima, Cereiformis, aculeis validissimis, flore ampio, fimbriato. *Plum. Cat. pl. p. 6.*

CACTUS erectus, octangularis, spinis subulatis, validissimis, flore ampio fimbriato.


Opuntia major, validissimis spinis munita? *Tourn. inst. p. 239.*

Opuntia major, folio oblongo, rotundo, spinis longissimis & validissimis confertim nascentibus obsoito, flore luteo. *Sloan. Catal. pl. p. 193. Hist. vol. 2. p. 149.*

Cereus erectus, crassissimus, maxime angulosiis, spinis albis, pluribus, longissimis. *Boerh. Ind. H. L. B. tom. 1. 293.*


β *Cactus* brachiatus & articulatus, articulis ovatis, compressis, aculeis longissimis, confertis. *Brouw. Hist. Jam. p. 237. no. 23? &c.*

TAB . CXCIV .



C A C T U S ramosus, articulis oblongis, triquetris .

T A B . C X C V .



F I G U R A S E C U N D A.

Planta altissima, simplicem gerens instar Cereorum caudicem, octangularem E, spinis longissimis fasciculatis & subulatis armatum, quæ deciduae videntur, uti in trunci segmento ex ipfarum vestigiis patet, atque iliae ad angulos in primis videntur excrescere.

Flos non tubuloius est uti in prioribus, sed potius rosaceus videtur, ex petalis ferratis ac ciliatis cum stilo longissimo constans F.

Fructus est pomum subrotundum, spinulosum, intus continens plurima, subrotunda *semina*, ut in dissecto adparet G.



TABULA CENTESIMA NONAGESIMA SEXTA.

O*Puntia* arbor, excelsa, Cereiformis, flore albo. *Plum. Cat.* p. 6.
Tourn. p. 240.

CACTUS erectus, ramosus, undecim-angularis, spinosissimus.

Cactus erectus, cylindraceus, fulcatus, tenuior, summitate attenuatus, aculeis confertis. *Brouw. Hist. Jam.* p. 239 no. 9?

Cereus altissimus, gracilior, erectus, fructu luteo, intus niveo, feminibus nigris pleno. *Sloan. Cat. pl. Jam.* p. 197.


Cereus erectus, maximus, fructu spinoso rubro? *Herm. Par. Bat.* p. 113.
Bocrb. Ind. H. L. B. tom. I. p. 293.

Plantæ caudex simplex, ex plurimis angulis, undecim utcunque constans, superne ramosus, ex variis, simplicibus, irregularibus, & inæqualis longitudinis articulis compositus, qui spinulis undique fetaceis & fasciculatis armantur, uti & tota planta spinosissima est.

Flores in summitate excrescunt inter spinas ad angulos sessiles, ex brevibus constantes tubis, atque petala instar Rosæ extensa gerentes, cum innumeris staminibus, ac stylo prominente longissimo, quales in majori florifero, & obtusi coni segmento conspicuntur ad latus Tabulæ.


Observatio. Hæc planta externa sua facie modoque florendi magis *Cereis* quam *Opuntiis* adfinis est, unde vix patet, quam ob rem Auctor hanc potius ad *Opuntias* retulerit, qui alioquin, ratione Epochæ Botanicæ, inquavixit, satis accurate, ac saepè nimis sollicite genera separavit; sed quum omnes hæ plantæ sub uno jam militent genere *Cacti*, nullum Botanicis scrupulum movebunt.

T A B . C X C V I .



C A C T U S *erectus, ramosus, undecim - angularis.*

T A B . C X C V I I .



TABULA CENTESIMA NONAGESIMA SEPTIMA.

O *Puntia* arbor, spinosissima, foliis Portulacæ cordatis. *Plum. Cat.* p. 6.
 CACTUS caule tereti, arboreo, spinofo, foliis cuneiformibus, retusis. *Linn. Spec.* p. 469. no. 22.
 β *Jamacary* sexta. *Pison. Hist. natur.* p. 191.

F I G U R A P R I M A.

Caulis foliis nudus, sed ipsorum loco spinis setaceis fasciculatis armatus.
Folia in ramis cuneiformia, emarginata, crassa, succulenta, alterna per ramos tenellos, inter quæ spinæ subfolitariæ, subulatæ.
Flores & fructus in ramulorum summo ex crescunt solitarii, rarius gemini, quorum petala rosacea, plana, & cordata.
Fructus sunt poma subrotunda, subangulosa, nullis foliis suffulta, uti in *Pereskia*, cui tamen hæc planta quam maxime ad finis est, & proxime accedit, & licet satis exacte ab auctore nostro sit delineata *Pereskia*, ipsam tamen huic non subjungam, quum Botanicis jam sit notissima ex *H. Eltham.* optima figura & descriptione, nec non ex *H. Amst. tom. 1. Tab. 70.* Quas tamen Cl. *Dilleinius* putat esse diversas, quæque ubi vis in Botanicorum hortis est obvia

O *Puntia* minima, flagilliformis. *Plum. Cat.* p. 6. *Tourn. inst.* p. 240.

CACTUS inermis, aphyllus, ramofus, ramulis gracilibus, compressis, articulatis.

Cactus parasiticus, inermis, aphyllus, ramofus, propendens, ramulis gracilibus, teretibus, striatis. *Brouw. Hist. Jam.* p. 238. no. 11.

F I G U R A S E C U N D A.

Planta fruticosa, ac ramofa, ex ramulis articulatis, digotomis, & trigotomis constans.

Flosculi ad ipsorum supremam ex crescunt partem, ab auctore ruditer depicti.

Fructus videntur conuli obtusi, & quasi truncati, quantum ex icono conjicere licet, sed qui in loco natali ulterius sunt investigandi, ita ut inter dubias plantas hæc quoque numeranda, atque vix hujus generis esse videatur, quum vero ab auctore, uti & a Cl. *Brouw. l. c.* ut puto, huc relata sit, non ausus fui, nec potui eam ad aliud reducere genus, quod posteris curæ sit.

TABULA CENTESIMA NONAGESIMA OCTAVA.

M*Elocactus* ex pluribus globulis Opnntiæ modo nascentibus, spinosissimis. *Plum. Cat. pl. p. 19. Tourn. inst. p. 653.*

CACTUS articulato-prolifer, articulis globofis, glomeratis, spinofis. *Linn. Spec. pl. p. 468. no. 14.*

Planta sessilis, articulata, ex articulis constans globofis, sibi mutuo interarticulatis, seu adcretis instar proliferarum, atque illi spinas undique emittunt solitarias, rarius geminas, longas, subulatas, acutissimas.

Flores in articulis summis eriguntur sessiles, ex longo squamofo tubo constantes, cum petalis explicatis, sinuofis, & stilo longissimo prominente, cuius stigma latissimum, ac multi-partitum est.

Obseru. Inter omnes *Cactorum* species hæc rarissima, & maxime singularis planta est, a nemine ante auctorem nostrum observata & commemorata.



TABULA CENTESIMA NONAGESIMA NONA.

M*Elocactus* repens, tetragonus, & pentagonus, flore albo, fructu rubro, & coccineo. *Plum. Cat. p. 20. Tourn. inst. p. 653.*

CACTUS repens, subquinque angularis. *Linn. Spec. p. 467. no. 11.*

Cactus scandens, angulis quinque, pluribusque obtusis. *Linn. H. Cliff. p. 182. Roy. pr. p. 280.*

Cereus Americanus, major, articulatus, flore maximo, nocte sepe aperiente, & suavissimum odorem spirante. *Volk. Hesp. Norimb. I. p. 133. Tab. 134.*


Cereus ferrens *Ελιόφυτα*, seu solfuga. *Pluken. Mantiss. p. 76.* ubi fioris peculiaris indoles denotatur.

F I G U R A P R I M A.

Planta proprie est repens, siue radiculis, quas hic inde emittit, adstantes arbores, aliaque fulcra attingere potest, scandit, longissima emitens farmenta, plerumque quatuor vel quinque, aliquando plures angulos formantia, spinis per interstitia erumpentibus fasciculatis, setaceis, stellæ in modum in orbem expansis, quæ in Auctoris iconæ frequentiores depictæ sunt, quam in nostris observantur plantis, quæque in pentagona ejus varietate ab auctore etiam multo rariores & tenuiores delineatæ sunt.

Flos diu latet, ac tarde crescit, conumque primo format obtusum, spinulis subtilissimis armatum, quum vero sepe aperit, ingentem primo
Y y explicat

T A B . C X C V I I I .



C A C T U S articulato - prolifer, articulis globosis.

T A B . C X C I X .





Fig. 2.
CAC T U S repens,
trigonus.

C A C T U S repens,
subquinque angularis.

Fig. 1.



explicat calycem, ex meris squamis, quadruplici quidem strato sitis, compositum: Vesperi vero, quum ipse jam florebit, circa horam septimam plerumque sese aperire incipit, duodecima hora candidissimus micat, omniumque amoenissimum & suavissimum præbet spectaculum, & odorem, qui per totum sese diffundit hypocauustum, in quo ut copiose hæc planta floreat, proxime ad fenestras in fictilibus verno tempore deponenda est, quoque magis Soli exponatur, ejusque radiis illustretur, eo luxuriosior, magisque florifer observatur, ita ut, licet flos Solem videatur subterfugere, quum per noctem sese aperiat, planta tamen ipsa Ελιόφιλα, seu Solis arnica observatur.

Qui hujus porro incomparabilis floris singularem scire desiderat stru-ram, adeat *H. Cliff. l. c.* ubi a Cl. *Linnæo* exactissime & graphice ejus partes separatae explicantur, quæ a Cl. *Trewio* in *de cur. Tab. 31 & 32.* elegantissime delineatæ exhibentur.

M*Elocactus repens*, trigonus, flore albo, fructu violaceo. *Plum. Cat. p. 20.*

CACTUS repens, trigonus, spinis quaternis, setaceis.

β *Cactus triangularis*, scandens, articulatus, *Linn. H. Cliff. p. 182. no. 1.*

F G U R A S E C U N D A.

Observatio. Licet hæc planta cum *Cereo* trigono articulato, fructu suavissimo *Herm. Prodr. p. 118.* a Botanicis vulgo jungatur, ex forma tamen articulorum, *Hermannii* iconæ, spinisque in primis quaternis, cruciatisque patet, longe aliam esse plantam, illamque *Hermannii* melius convenire cum alia *Plumierii* planta mox subsecutura, quæ spinas similes ac ilia gerit; cæterum harum plantarum fructus dulcissimi, acidodulces, ab incolis in delicis habentur, quam maximum in ferventibus istis regionibus refrigerium fitientibus præbentes, quique Aurantiorum magnitudinem fæpe adæquant, ita ut licet hæ plantæ spinis undique armatae, foliis destitutæ, atque instar serpentum primo adspectu fugiendæ & horrendæ, humano tamen generi ob delicatos fructus amabiles sint, & in silvis campestribus, ubi ad arbores adscendunt, quam avidissime a ptætereuntibus & fitientibus incolis expetantur; omnes porro hæ repentes species, ipsarumque varietates eundem habent crescendi modum; si nulla inveniant adminicula, quibus sese sustinere valent, per terram proserpunt, si vero arbores, ad quas sese erigere possunt, adtingant, fibrillas radicales adiphas emittunt, harumque corticibus sese figunt, ipsas adscendunt arbores, atque per illarum frondes sese extendunt luxuriosissime tanquam Parasiticæ, ex ipsis quoque nutrimentum fugunt per fibrillas ipsis infixas, quum harum plantarum radices terræ inhærentes adeo pusillæ sunt ratione ipsarum magnitudinis, ut id evidentissime patet in *Cactis* erectis, quæ vix notabiles gerunt radices, scopulisque tam firmiter sepe infixæ sunt, ut ab iis sine summa læsione vix separari possint, unde hoc plantarum genus vix per fibrillas terræ inhærentes nutrimentum haurire videtur, quod in aliis quoque succulentis obtinet plantis, uti id de variis Aloës, Mefembryanthemi, aliarumque speciebus fatis cuique notum est.

T A.

TABULA DUCENTESIMA.

M*Elocactus* trigonus, brevibus aculeis munitus, flore albo, fructu coccineo. *Plum. Cat. pl. p. 19. Tourn. inst. p. 653.*

CACTUS trigonus, repens; spinulis quaternis, subaduncis.

Ficoides Americana; seu *Cereus* cristatus, foliis triangularibus, profunde canaliculatis. *Pluken. Almag. p. 147. Tab. 29. Fig. 3*

β *Cereus* Americ. triangularis, radicosa. *Bradl. hist. pl. Succ. p. 4.*

F I G U R A P R I M A.

Hæc eodem modo, quo prior crescit, sed articuli longiores, profundius fulcati, spinæque curtæ rariores & latiores, & quasi aduncæ; *Flos* instar primæ repentis speciei, speciosus, ingens, & ample sese extensis, sed squamæ calicinæ inermes penitus, nec ullis spinulis annatæ, uti in aliis squamis inprimis inferioribus; ita ut hæ plantæ in plurimis partibus convenienter, in paucis differant, atque si quis eas pro varietatibus tantum habere velit, per me licet, quum vero *Plumier.* eas distinxerit, & ego has separatas proponere debui & volui.

M*Elocactus* trigonus, alias, repens, fructu coccineo, ex insula Sanctæ Crucis. *Plum. Hist. miss. Tom. 3. p. 15**

CACTUS caule triangularis articulato, margine sinuoso, spinis fasciculatis.

β *Cactus* repens, triangularis. *Linn. Spec. p. 468. no. 13?*

Cereus scandens minor, trigonus, articulate, fructu suavissimo. *Herm. Parad. Batav. p. 118.* cuius icon cum nostra optime quadrat. *Boerb. Ind. H. L. B. tom. 1. p. 293.*

Cactus debilis, brachiatus, æqualis, triquetrus, scandens vel repens, spinis brevissimis, confertis. *Brouw. Hist. Jam. p. 238. no. 6.*


Cereus Peruvianus, amplexicaulis, articulatus, fr. rotundo, maximo, coccineo. *Herm. Par. Bat. Pr. Volk. fl. Norimb. p. 97.*

Ficus Indica, folio triangulari, ensiformi, stellatim aculeato. *Sloan. Cat. pl. Jam. p. 196. &c.*


F I G U R A S E C U N D A.

Idem, uti in prioribus, in hac quoque observatur crescendi modus, unde hæ plantæ ab auctoribus quam maxime inter se confunduntur, paucas collegi Botanicorum denominaciones, quæ singulis competere mihi vise fuere, incertas rejici, novasque, quæ magis convenientes videbantur, adposui, Lector judicet & inquirat, cumque aliis comparet. Quique porro ipsarum crescendi modum, internamque structuram scire desiderat, adeat *Herm. Parad. Batav. p. 112 & 113.*

T A B . C C .



T A B . C C I .



TABULA DUCENTESIMA PRIMA.

M*Elocactus* minimus, lanuginofus, & tuberofus. *Plum. Cat.* p. 19,
Tourn. inst. p. 653.

CACTUS fessilis, subrotundus, tuberculofus, mammillaris.

Opuntia, *Echinomelocacti* effigie, tuberosa, fructu levissimo, amethystino. *Breyn. Prodr.* 2. p. 87.

Echinomelocactus minor, lactescens, tuberculis minoribus, *Herm. Parad. Batav.* p. 138.

Ficoides, seu *Melocactus* minimus, lanuginofas, spinis mitioribus, fructu sparsum egrediente. *Pluken. Phyt. Tab.* 29. F. 2. *Bradl. decur.* 3. p. 11.

F I G U R A P R I M A.

Planta fessilis, terræ penitus incumbens, radices undique spargens simplices, ad extremum bifurcatae, albantes.

Tota hujus plantæ compages constructa est ex numerosis, oblongisque tuberculis, instar mammillarum protuberantibus, & in suprema parte tenuissimis spinulis cum lanugine intertexta armatis, quarum paucæ ab Auctore in inferiore plantæ parte delineatæ sunt, uti & *Flosculus* a, cum fructu b, & dissecto c, ac seminibus minutissimis d, separatim in Tabula conspicuntur, quæ, uti in altera hujus specie suum ortum undique ex papillis, ipsarumque interstitiis obtinebunt.

NB. In ordine iconum *Plumierii* sequeretur jam *Melocactus* purpureus, spinis in spiram contortis *Cat.* p. 19. sed quum hic tantum variat fulcis oblique & fere in spiram ductis a *Melocactus vulgari majore*, qui cuivis notus, & toties jam delineatus est, cujusque optima Figura in *Bradl. dec.* IV. pag. 9. occurrit, hinc eum omittimus, vocaturque *Echinomelocactus major*, non lactescens, costis obliquis ab *Herm. in Parad. Bat.* p. 136. ubi vide reliqua ad hasce plantas pertinentia.

M*edicago* arborea, aculeata, polyphylla. *Plum. Cat. pl.* p. 8.

MEDICAGO leguminibus lunatis, margine integerrimis, foliis pinnatis, foliolis oblongis, caule aculeato, arboreo.

F I G U R A S E C U N D A.

Planta arborea, cuius caulis & rami aculeati stipulis geminis, spinosis, & recurvis ad ortum pinnarum & ramulorum.

Folia pinnata. *Foliola* oblonga, integerrima, nunc novem, nunc septem, nunc quinque, nunc opposita, nunc alternata, ita ut Natura nullum certum ordinem in hac videatur observare planta.

Flores terminales ac racemosi, vulgaris formæ.

Legumen est reniforme, seu lunulatum, nec dentatum.

Finis Fasciculi Octavi.